



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorum Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasque Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

S. Mariae Collegivm Traiectense ad Mosam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

tinet Dux Brabantiae, vt Rex Galliae in collegijs Turonensi, Andegauensi, & Cabilonenfi.

S. MARIAE COLLEGIUM TRAIECTENSE
ad Mosam.

HVius Collegij originem nonnulli rerum Leodiensium scriptores S. Monulpho Episcopo Traiectensi adscribunt. Memini me legere in Rubrae Vallis monasterio apud Bruxellam. Haec ferè verba in manuscripto chronico Episcoporum Leodiensium: S. Monulphus Traiecti Ecclesiam B. Mariae fundauit, eoq; sedem transtulit Episcopalem, in qua praesederunt decem Episcopi Traiectenses, quorum ipse fuit primus, & S. Hubertus vltimus. Alij tamen id negant; & scribunt S. Monulphum circa annum Christi 581. templum honorificum Traiecti in honorem S. Seruatij aedificasse, atque in illud corpus S. Seruatij ac sedem Episcopalem transtulisse. Vide Gregorium Turonensem libro de gloria Confessorum capite septuagesimo secundo.

Obijt autem S. Monulphus anno 609. in templo Sancti Seruatij sepultus, vt diximus.

In hoc templo adseruatur magna pars Crucis Dominicae, cum veteri inscriptione Graeca: de qua vide Gretserum lib. de Crucce.